

129

Frater qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas firma.
Qui autem vulnus detegere vel auxilium petere ne
glijit sua non immetu negligentia petet. **D**enique
cum dyabolus serui dei spiritum per tristiciam deis-
re studeat ipsam si quando irripferit citius repel-
les christi domino: qui datorem hylare mendicavit in cor-
dis leticia famulenter accidentes sollicite ne de sua
vnq̄ vocatioē ingratii aut tepidi regratiatores appa-
reant coram deo: vbi sol radiat gratienubilum tur-
bationis abscedat. **S**oleat in aqua turbida latere p̄-
scaturus animam coluber tortuosus. **M**aximum in-
habitantis gratie signum spiritualis leticia. **D**oro-
ro qui vocantis gratiam non agnoscit indignum se
vocationis fructu cōstituit. **B**eneficiis ingratus ex-
hibitus ineptus efficitur exhibendis. **V**alet quoq;
interdum conuersis pro anime salute mutatio loci.
Plerumq; enim dum mutatur locus mutatur et mē-
tis affectus. **V**alet pro mentis temptationibus impul-
se presidio. valer pro morum eius ac perfectius al-
sequendo peculio/extra cognationem et patriam vel
ad tempus secedere. **V**erum q; per se nullo modo
sufficerent ad machinamenta dyaboli repellenda/ad
christū propter quē oīa contempserunt qui est tanta-
torum refugium et debilitum fortitudo qui se fidelis-
ter inuocantibus facit cum temptatione prouentū: vt
valeant sustinere crebris supplicationibus et deuo-
tis recurrent: vt qui eos dignatus est de fornace ba-
bilonis eripere/bonum in eis perficiat quod incepit.
Frequens et feruens oratio dissipat omne malum.
Olle feruenti musce non incident.
Cuomodo necessaria sit ad discipline suscep-
tio
new humilitas.

Capitulum. iii.

3. iiiij.

DEniq; quoniam ut ait hugo Sicut cera nisi pri
Demolita fuerit formam non recipit: sic et homo
quidem ad formam virtutum non flectitur nisi ab
omni elationis et contradictionis rigore per humili-
pium humilietur. Necesse habent qui discipline cu-
piunt moribus informari. ut humilitatis radices in
corde figere studeant: et tumorem propriæ voluntati-
tis presumptionis et irreuerentie vicia que a super-
bia procedere solent: tam in re et in signo vigilant?
caueant: ut humilitas ancille more: locum preparet
discipline.

CDe captivitate voluntatis proprie. Cap. iiii.
TVoluntatem itaq; propriam ingenti curent stu-
dio captiuare. Quid enim prodest sub vnius
ordinatione viuentibus q; facultates suas abiiciunt
si proprias voluntates non relinquunt: cum sit pre-
stantius voluntatibus renuntiare q; rebus? Tota re-
ligionis perfectio in voluntatis proprie abdicatione
consistit: quare potissimum perfectionis ad discipline
industriis appetitor volvaturibus proprijs edom-
dis: et presidentium nutui subiugandis inuigilat.
Profecto in duobus erit subiecte probatio voluntati-
tis: si v3 in iniunctis deuote obediatur et in agendis su-
is semper habere auctoritez obedientie non obmit-
tat. Vnum hoc est obedientie in iniunctis patet ne-
cessitas: patet et meriti magnitudo. Nam quicquid
vice dei precepit homo: quod non sit tamen certum
discipicere deo: hoc omnino accipendum est: quasi p-
cipiat deus. Ad meritum etia3 melior est obedientia
quam victimæ sancteq; obedientie holocausto: nichil
deo gratius exhibetur. Nemo ad profectionis se-